THOMAS EBENDORFER
um 1454 (nach Wasserzeichenbefund)
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=554
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

zitum quo imprimitur celesti
orabatur pro mortuis. et q̃ suf
fragia viuorum prosint mortu
is. ꝓpter vnitatem ecclesie.
et hoc modo etiam opera vi
uorum dicuntur ꝓpria talium
mortuorum. quia ipsi me
ruerunt iuuari per suffragia
celestia si pro eis fiant. Nec
non solum dicitur aliquis opa
absolute per meritum absolu
tum et directe. sed etiam indi
recte per meritum conditionale.
videlicet si pro eo fiat. Unde
primo. multi simplices valde
errant dicentes. q̃ suffragia
viuorum non prosint mortuis.
Primo negant. decepti per here
ticos purgatorium. quod expres
se est contra auctoritates iam
ductas. et Mt 12 qui blasphemi
am dixerit. neq; hic neq; in
futuro seculo dimitti dicit do
minus. ergo aliqua peccata in
futuro dimittuntur. et apostolus di
cit prima ad Cor 3° saluus
fiet per ignem. Et Gregorius
expresse in 4to dyalogorum ca
pitulo et exemplificat de pas
chasio et pluribus alijs. Item
de monacho per triginta mis
sas liberato. mortui enim solui
tur a peccatis 2° Machab
12mo. sed defuncti in celo non
soluuntur. quia nihil coinquina
tum intrat Apocalipsis 21mo. Et
in inferno. quia isti non peni
tent neq; caritatem habent. si
ne qua non fit remissio peccatorum

probat esse purgatorium

quia vniuersa delicta operit ca
ritas. Duchiorum 10mo. Igitur
homines aut anime sunt in
statu medio qui purgantur.
Et hoc exigit dei iustitia.
multi enim magni peccatores
post grauem de mortali
bus non plene satisfecerunt. qui
hanc vitam finiuntur. qui et
ipsi purgatorium negant loci
tur contra diuinam iustitiam.
et graviter vltra hoc errant
in fide. Unde Gregorius. Misse
nus post predicta exercitia sub
dit hoc predicamus. Dogma
veritatis seruantes et ita re
dimus. hoc etiam vniuersalis
ecclesia tenet pro defunctis ex
orans ut a peccatis soluantur.
quod non potest nisi de illis
qui sunt in purgatorio intelligi.
Ecclesie autem auctoritati qui
cumq; resistit. hesim incurrit.
sicut aliqui greci qui post re
cessum ab obedientia romane
ecclesie negauerunt purgato
rium contra illud apostoli prima
ad Cor vbi supra. audiui
enim a quodam magistro q̃
disputatorum cum Gregis q̃
hoc articulo interfuit. q̃ ibi
in greco habetur. ut saluus fi
at quasi per purgatorium. ¶
¶ Secundo dubitatur. quibus
suffragijs possint iuuari de
functi in purgatorio. Respon
det Gregorius. q̃ quatuor mo
dis soluuntur anime defuncto
rum. aut oblationibus sacer